

2700—2707 urnae repertae in sepulcro detecto anno superiore [1667?], in Tusculano, in sylva quae ad eremum monachorum Camaldulensium pertinet, secus publicam olim viam, cuius vestigia adhuc supersunt FALC., 'depositoria cineraria' rep. in sepulcro detecto mense Aprili 1665 in Tusculano iugo, in Tusculanis Camaldulorum tesquis KIRCH., de n. 2700. 2705. 2706 (i. e. de eis quas Falconierius certe vidit); 'aliae inscriptiones in fragmentis' KIRCH. de n. 2701—2704. 2707 (i. e. de eis quas Falconierius habuit a monacho). — *Inscrittioni ritrovate sù l' urne* superscripsit ANONYMVS CHIS., locum non adnotavit. — Urnam, in qua est n. 2700, altam esse palm. 4, latam palm. 1½, adnotat KIRCH.

	<i>in fronte:</i>	<i>in latere:</i>				
2700	A · IOV ·	P · I'	2701	C · IOVR	2702	C · IOVRI · M · I' ·
2704	M · F · C · F		2705	P · IOV · C · I'	2706	Q · IOVRIO · A · I' ·
					2707	FOVRIO ·

2700 frontis inscriptionem habet Anonymus cod. Chis. J VI, 205 f. 92 n. 4; et frontis et lateris Falconieri Inscr. athleticae (1668) p. 145 n. IV (inde sine dubio Fabretti 120, 13 auctore non laudato) eodemque exemplo Kircher Latium (1671) p. 67, qui quamquam nonnullas certe ex his inscriptionibus videtur vidisse, verba tamen ex Falconierio repetivit. Huius corporis vol. I n. 68.

2701 Falconieri l. c. p. 146 n. 1 non de visu, sed acceptam a monacho quodam; ab eodem sine dubio Kircher l. c. Corp. vol. I n. 69.

2702 Anonymus Chis. n. 5 sic ut exhibui, nisi quod punctum habet in IOVR·I; Falconieri n. 2 a monacho duabus lineis sic: C·FOVR|I·M·I'; Kircher l. c., ut duas inscriptiones, sic: C·IOVR M·I' et M·I'. Corp. vol. I n. 70.

2703 Anonymus Chis. n. 8; Falconieri n. 4 a monacho; Kircher l. c. Corp. vol. I n. 72.

2704 Anonymus Chis. n. 7; Falconieri, qui laudat monachum, et Kircher adnexam ad n. 2707, ubi vide.

2705 Anonymus Chis. n. 3; Falconieri n. III bis, et in operculo et in ipsius arcae fronte (inde Fabretti 240, 644 auctore non laudato); Kircher l. c. Corp. vol. I n. 66.

2706 Anonymus Chis. n. 4; Falconieri n. II (inde Fabretti 120, 12 auctore non laudato); Kircher l. c. Corp. vol. I n. 67.

2707 Anonymus Chis. n. 6; Falconieri n. 3 a monacho et Kircher l. c., hi coniungentes cum n. 2704 sic: IOVRIO (FOVRIO Kirch.)|M·F·C·F (uno versu Kirch.). Corp. vol. I n. 71.

Praeterea omnes titulos ex Kirchero repetiverunt Bartoli *gli antichi sepolcri* (1697) tab. 26 et Vulpi Lat. 8 tab. IX (ad p. 233); eosdem adiunctis duobus ab ipso confictis (M·FOVR M·F et C·FOVR A·F | MARCIA | CONIVNX) Petrus Pollidorus misit Muratorio (sched. Mur. fasc. XX) repertos esse dicens a. 1673, unde coniunctos et denuo corruptos repetivit Murat. 1678, 8; denique tres nescio quos coniunctos et male corruptos edidit Murat. 1504, 2 (sic: C·FOVRIO A·F | P·FOVRIO C·F | A·FOVRIVS...) laudans Kircherum.

In eodem sepulcro reperta est n. 2750.

Tractavit Ritschl 'de sepulcro Furiorum Tusculano disputatio grammatica' (Berol. 1853) cum tab. (opusc. IV p. 257 seq.), priscae Latin. monum. epigr. enarr. p. 42 cum tab. XLIX fig. A.

Adscripsi quae de ipso sepulcro habent testes oculati Falconierius et Kircherus. 'In sylva igitur, quae ad eremum monachorum Camaldulensium pertinet, secus publicam olim viam, cuius vestigia adhuc supersunt, solo imbrum copia desidente, prodiderunt sese reliquiae veterum murorum e lapidibus quadratis, quos muros vestibuli olim fuisse dignoscitur, per quod ad monumentum ipsum patebat aditus. Nam in conspectu, qua muri quos diximus desinebant, monumenti ostium atque illud quidem non ea forma qua nunc ostia fieri solent, sed parte superiore aliquanto artiore. Eius antae ac superliminare ex lapide Albano (vulgo *peperino*) omnia, sine ullo quidem ornatu, sed egregie compacta. Quod autem observatu dignum, valvarum aut forium loco ostii lumen ita unico lapide ad unguem oclusum, ut nihil fieri possit in eo genere exactius. In eo lapide, ut in foribus bipatentibus etiam nunc fieri solet, tympana utrinque impagibus ac coronis conclusa, ac quo loco manubria apponi solita, binae exsculptae larvae muliebris capitis speciem exhibentes. Conditorium in ipso topho excisum, in cuius medio sarcophagus erat quinque circiter pedum, lapide fastigiato opertus, cuiusmodi et aliae ad duodecim longe minores urnae in loculamentis ad utrumque conditorii latus positae. In earum nonnullis cineres reperti, atque aereus etiam nummus humano capite signatus. Inscriptiones aliae in urnarum fronte, aliae in earum operculis exstabant; — aliquot minio tantum scriptae imbribus deiectae perierunt [significantur fortasse n. 2701—2704, quas non vidit ipse, sed habuit a monacho]: Reperta in eodem conditorio vasa nonnulla ex iis, quae vulgo Tuscanica antiqua esse creduntur, ac fragmenta etiam coronae testacei operis variis coloribus eleganter depictae.' Haec Falconierius. Kircher ita: 'Anno 1665 mense Aprili cum in Tusculanis Camaldulorum tesquis rusticus circa tumulum quendam fodicans terram vehementius concuteret, accidit ut terra, iam multorum seculorum decursu cadens, ingens detexerit sepulcrum, de quo mox certiores facti Camaldulenses, quorum territorio locus subiacebat, terra amota primo quidem veluti vestibulum quoddam quadris lapidibus extractum detexerunt; deinde portam ex lapide piperite et ingenti saxo obstructam, arcu superposito, et tandem cryptam, in qua tumbam praegrantem, intra quam vasa, quae paulo post describemus, varia reppererunt, una cum variis depositis circumscitis, quorum singula Furiorum nomine insigniebantur; et post alia (p. 68): 'quae in hoc sepulcro reperta sunt vasa, fuerunt omnia fictilia. . . Numisma et in hoc sepulcro inventum fuit, cuius antica pars virum dignitate spectabilem nec non armis illustrem, postica triremem exprimit cum nomine *Roma*. . . Annulos omnis generis, osseos, ferreos, aeneos, argenteos sepulcris imponi solitos . . . quotidiana experientia docemur cum in huius tum in aliorum novorum sepulcrorum detectione.' Addidit Kircher (in tab. ad p. 64) imaginem sepulcri, sed quae sine dubio ex bona parte ingenio vel ipsius vel delineatoris debeatur; similem imaginem edidit Bartoli *sepolcr.* tab. 25.

2708 cippus marmoreus. Frascati in villa Piccolomini HENZ. ROSS., *nel giardino privato di villa Lancelotti* LANC. — Vide ne sit originis urbanae, ut certo urbanus est titulus ab Henzeno et Rossio eodem loco descriptus huius corporis vol. VI n. 18292.

D · M ·  
urceus Q · FVRI patera  
TVRPILIANI

Descriperunt Henzen de Rossi Lanciani. Edidit Wells *Frascat.* p. 199.